



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mater Amoris Et Doloris

Ginther, Anton

Augustæe Vindelicorum, 1711

VD18 15312348

Consideratio XXXVI. B. Virgo & Mater Dolorosa peccatorum & miserorum
singulare refugium ac solamen. Emblema. Pharus in littore maris
periclitani navi tutum monstrans portum cum lemmate: Errantibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47286](#)



CONSIDERATIO XXXVI.

B. Virgo & Mater Dolorosa peccatorum & misero-
rum singulare refugium ac solamen.



Tu es refugium meum à tribulatione, que circum-
dedit me. Psal. 31. 7.

RE&è Ecclesiasticus: Qui navingant mare, enarrant pericu- Eccli. 43. 26.
laejus, & audientes auribus nostris admirabimur, quæ,
ac quanta ejusmodi navingantibus immineant rerum
discrimina; proinde non aberravit ille à scopo, qui ani-
mam hominis Christiani viatoris cuidam naviculæ, in
medijs tempestatum fluctibus jactatæ, comparavit: Per navim, ait Hu- Hugo Card.
go cardinalis, significatur anima, sicut enim navis pluribus periculis in ex O. P. in
Oceano obnoxia & exposita est, ne in rupes & scopulos, Charybdes aut Comment.
Mater Dolorosa. Syrtes in Script.

OO

Syrtes

Syrtes impingat, ne ventorum rabie, aut procellarum vi in certam pernitientem devolvatur, ne in altitudine aut profundo maris funestum patiatur naufragium: Sic anima hominis Christiani in hac vita mortali affluita discriminibus, hostium insultibus & temptationum fluctibus objecta est, donec tandem post longam & diuturnam vexationem ad optatum salutis portum perveniat, ubi deinceps nullum amplius erit pertinencendum naufragium. Portus autem tutissimus, cunctisque patens mortalibus post Christum crucifixum B. Virgo & Mater dolorosa est, ad cuius misericordiae sinum omnes in periculis & angustiis constituti, ne eternum animatum patientur naufragium, lecure confugiant, quibus ad instar Phari esse solet, in mari Aegyptiaco ad Nili ostia nocturno tempore navigantibus, ne malus eos auferat error, per accensam lucernam tutissimam ad portum viam commonstrantis, cum inscripto Lemmate: Iter parat tutum, vel potius:

Errantibus una micat.

2. Dismam latronem consulamus, cum Christo orbis Redemptore ob sua gravissima sclera in crux suffixum, & tandem ultimam vitam horam, postquam quadraginta annos juxta S. Ioseph Papam in omnibus Ierusalem turpitudine complevit, ad DEUM conversum: Et dicebat ad Eum: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum; unde, oblecto, subintrat hic S. Augustinus, haec mutatio latronis dexteræ Excelsi est? Mira fuit conversio Petri, Christum in atrio Caiphæ negantis: Et conversus Dominus respexit Petrum. Mira conversio Sauli in Paulum, ad quem Alter. 9. 4. Christus de celo fulminavit: Saule, Saule, quid me persequeris? Mira Joann. 20. 27. conversio Thomæ: Noli esse incredulus, sed fidelis. Mira conversio Mag. Luc. 7. 37. dalenæ: Et ecce mulier, quae erat in civitate peccatrix. Mira conversio Matt. 27. 54. Centurionis: Verè Filius DEI erat iste. Mira conversio Matthei: Vidi Matt. 9. 9. hominem sedentem in telonio, &c. Mira conversio Zachæi in Sycomorus: Zacheus festinans descendit, &c. Sed longè mirabilior conversio Diaboli latronis extitit, cæteri enim vel Christum audiebant prædicantem, vel videbant patrarentem miracula; verum hic latro nihil simile audiebat, vel videbat, & tamen Christum in ipso infami patibulo pendentem, atque atrocissimum latronum supplicium sustinentem, ut verum Deum, ac supremum rerum omnium Dominum, in cuius potestate cunctorum mortalium salus pendet, non tam fide agnovit, quam & illum publice Aut. 23. 41. ut Messiam, DEI filium, & Salvatorem mundi professus est: Et nos quidem justè, nam digna factis recipimus: Hic verò nihil mali gessit; Et dicebat

ad JESUM. Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Quid, oblicro, boni fecit hic latro, quod momento uno in virum alterum, & ex secessissimo in optimum ac sanctissimum fuerit commutatus?

Advertit hic beatus Petrus Damianus, Sylveria, Salmeron & plures alij, quod B. Virgo ac dolorosissima Mater, utpote peccatorum omnium singulare refugium, stans juxta crucem, & cernens ac agnoscens tunc latronem, utpote de Nazareth oriundum, sese tanquam Mediatrix Filium inter & ipsum interposuerit; & quia quondam singulare SS. Deiparae in Aegyptum ob Herodis rabiem fugienti beneficium praeservavit, eamque illam cum Pueri in via dimisit, ideo non immemor B. Virgo hujus obsequij pro ejus conversione & animae salute efficaciter intercessit, eique gratiam finalem a DEO impetravit: *Hodie tecum eris in paradyso.* O peccatores quid agitis? Respirete, & ad dolorosam Matrem vestram sub cruce stantem confugite, MARIA enim Mater vestra est, etiam si vos sitis peccatores, ita iplamet S. Birgittae insinuavit: *Mater omnium peccantium, se emendare volentium.* Si igitur ab illa hu[m]iliiter flagitaveris, ut pro tua salute DEUM oret, repulsam non patieris Filius a Matre: *Ecce Mater tua.*

3. Verum ut hanc veritatem magis penetrare valeas anime mihi! ad id attende, quod enarrabo. Quærunt Sacri Doctores, quo in loco, & ex qua parte haec compatientissima Mater steterit, dum amantissimus Filius plenus doloribus, plenus afflictionibus, plenus & saturatus opprobriis inter latrones medius, tanquam sceleratorum princeps & coriphæus in patibulo crucis pendebat? Et Adrichomius in Descriptione Ierusalem, in qua omnia passionis Christi loca graphicè depinxit, atque in descript. dimensus est, B. Virginem cum S. Joanne, Magdalena & alijs pijs mulieribus stetisse in loco, quindecim ulnis a cruce distante tunc temporis, quando Christus crucifixus est, ubi tota tremebunda, defixis in Crucifixum oculis, ejus cruentam passionem & agonem spectabat: Stetit autem, prout observat Mellifluus Bernhardus, haec dolentissima Virgo ad partem sinistram crucis: *Beata Virgo*, inquit, *pingi debet ad sinistram crucis, id est. ad Aquilonem, &c.* Et quare hoc? Quia pars sinistra, seu Aquilo unde panditur omne malum, parrem peccatorum designat, ad quam in supremo judicii die omnes reprobri statuentur: *Et statuet oves quidem a dextris suis, hædos autem a sinistris.* Ut ergo haec Sacratissima Deiparens demonstraret, se esse peccatorum ad DEUM se convertere volentium fidelissimam Matrem, omniumque afflitorum solamen tutissimum, idcirco in crucifixione IESU in Calvariae jugo fini-

sinistram peccatorum partem tenet inuit, pro quorum conversione
 & salute pretiosissimus Filius tanta ac tam indigna patitur; in quem
Cant. 1. 7. finem illi in Sacro Cantico à Sanguinum Sponto dictum est: *Pasce hædos*
Gul. Paris. tuos; supra quod Guilielmus Parisiensis: *Pasce, inquit, hædos tuos, quia*
hic. *eos, qui à sinistris in iudicio erant collocandi, tua intercessione efficies, ut col-*
locentur à dextris, &c. O peccatores ornes quid timidi estis? Quid
Ezech. 18. 31. dubitatis modicæ fidei? Quare moriemini domus Israël? Revertimini & vi-
Luc. 15. 2. vite, adhuc gratiarum Domina & Mater vestra vivit, quæ & ipsa cum
 Filio crucifixo peccatores recipit; ite igitur ad hanc afflittiſſimam & do-
 lorofissimam Parentem, eamque per Sacratissimum Cor JESU dulciſſi-
 mi Filij orate, ut vestris succurrat miserijs, non deteret filios, licet de-
 generes, haec pientissima Mater, si in animo contrito & verè humiliato
 ad hunc gratiarum thronum accesserint: *Sileat, sunt verba Mellifui*
Doctoris, misericordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui invocat am te in
necessitatibus suis sibi meninerit defuisse.

S. Bernb. 4. Jonatham & Achimam, cùm à facie Absolonis, eos persequen-
 tis, fugam arriperent, & nunc à puerō proditi non haberent, quo le re-
 ciperent, Baguritha mulier defendit, quæ illorum calamitati condo-
 lens, eos propterim in puteo sollicitè abscondit, & ne proderentur,
 aut videri possent, velum seu pallium super os putei expandit, donec
 milites Absolonis, eos frustrà querentes, per aliam viam ad castra sua
2. Reg. 17. 19. redire fuerint coacti: *Tulit autem mulier, & expandit velamen super os pu-
 tei, quasi siccans ptisanas, & sic res latuit.*

Jacobum, cui frater Esau post Patris obitum mortem intentavit:
Gen. 27. 22. *Venient dies luctus Patris mei, & occidam Jacob fratrem meum,* Mater Re-
 becca incolumem servavit, dum eum in Mesopotamiam ad Labanum
 Fratrem ablegavit, quo in loco non tantum furorem Esau dexterim
 declinavit, sed & ditior, variisque locupletatus bonis temporalibus
 suo tempore in patriam redijt.

Mardochæum Hebærum & Judæos omnes in Susan, jamjam pet
 edictum publicum ad necem destinatos, Esther Regina servavit immu-
 nes, dum pro salute eorum voluntariè se se mortis periculo exponens,
 non vocata ad Regem intravit, & ab eo, quidquid voluit, impetravit: *In-*
grediar ad Regem contra legem faciens non vocata, tradensque me morti &
periculo, &c.

Esth. 4. 16. *Anima Christiana! eamus ad montem myrræ & ad collum thuris,*
 ubi ad sinistram crucis longè benigniore Matrem, ac protectricem in-
 veniemus. Baguritha quidem Jonatham & Achimam velo ac pallio
 suo

suo, ne in hostium manus devenirent, contexit; Rebecca Jacobum, filium suum ab ira fratris Esau mirè defendit; Esther addictum sibi populum à morte vindicavit, & in libertatem transtulit &c. Sed B. Virgo, ac Mater dolorosa clientes suos fideles non duntaxat sub gratiarum pallio tegit, & misericordia sine fovent, sed & illos à facie irati Numinis per suam potentissimam intercessionem mirè protegit, conservat, atque ab inferni faucibus misericorditer liberat: Potentiores, ait S. Ildephon-
sus, ad placandam iram Iudicis invenire non possumus, quā te, quae me ser. 9. de
rnisti Mater existere ejusdem redemptoris & Iudicis, &c. Quam verita- Assumpt.
tem optimè agnovit Eminentissimus ille, juxta ac Sanctissimum S. R. E.
Cardinalis Carolus Borromæus, qui hanc Sacratissimam ac dolorosam Ex Oratio-
Matrem ita quotidie exorare consuevit: *Etu o glorioſissima Mater DEI nibus S. Ca-*
MARIA, dignare me vel unico aspectu, ex ijs, quos ipsa sub cruce stans ha-
bituisti, defigendo in unicum Filium tuum virgineos oculos tuos, ut suscipias
me in eorum numerum, qui tuis precibus & meritis in die iudicij obtinebunt
salutem & vitam sempiternam. Et tu prudens Lector quid ad hæc? Nun-
quid & tu hanc Sacratissimam & dolorosam Matrem varijs obsequijs ti-
bi reconciliabis, ut in mortis articulo eam reperias propitiam?

5. De Adonia referunt Sacrae Paginæ, quod læſæ Majestatis reus ad altare templi, ejusque Propitiatorium configerit, cuius cornu cum fortiter manu teneret, nec ab eo velllet discedere, à sapientissimo Salomonem non tantum commissi sceleris veniam, sed & vitam ac gratiam ob sacri altaris reverentiam impetravit: *Adonias autem timens Salomo-*
nem, surrexit, & abiit, tenuitque cornu altaris; & nuntiaverunt Salo-
moni, dicentes: Ecce Adonias timens Regem Salomonem, tenuit cornu al-
taris dicens; Juret mihi Rex Salomon hodie, quod non interficiat servum
suum gladio, &c.

Observa anima Christiana, omnia hæc facta sunt in figura, scri-
pta sunt autem ad correptionem & doctrinam nostram, per quod altare
sanctus Methodius B. Virginem MARIAM intelligit, quam Altare s. Method.
animatum nominat, dum in Calvariae monte in Altari Sacratissimi Orat. de Hy-
pante.
CORDIS sui æterno Patri dilectum Filium suum, velut agnum im-
maculatum in gratissimum holocaustum pro peccatis totius mundi præ-
sentavit, & obtulit. Ad hoc igitur Altare & Propitiatorium o pecca-
tor, qui pariter Divinæ Majestatis læſæ reus inveniris, cum Adonia
accurre: hoc cornu salutis utrâque manu fortiter tene, & inclama cum
S. Bernardo: O piissima Domina, habe me tibi commendatum, ad te s. Bern. ser.
bodie, unica spes miserorum, confugio plenus fiducia; noli ergo, o pia Mater! Sig. Magna,
spernere

spernere me propter eum, qui amore mei nudus & laceratus pependit coram te in cruce, &c.

6. Davidi quondam in diversis constituto periculis, ac sexcentis oppresso calamitatibus singulare solamen baculus & virga fuit: *Virg. Psal. 22. 4.* ga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Et quænam illa virga Hugo Card. & baculus? Per baculum Hugo Cardinalis Crucem Dominicanum subiicit. a Blanc. dit, in cuius virtute Jacob Patriarcha quondam Jordanem (quod idem in hunc loc. est, quam flumen judicij) transivit: *In baculo meo transi vi Jordanem Gen. 32. 10.* istum. Per Virgam autem idem Cardinalis Beatissimam Virginem, Matrem amoris & doloris intelligit, quæ Davidi jam tunc in umbra in calamitatibus existenti peculiari solatio fuit.

Anime mi, si hoc olim in umbra, quid modò in veritate? *Ofer. S. Bern. sap. lix MARIA*, inclamat S. Bernhardus, tu Mater Regis, tu Mater Sig. Magn. exulis, tu Mater DEI, tu Mater Iudicis, tu Mater DEI & hominis; cùm autem sis Mater utriusque, discordiam inter filios tuos sustinere nequis; neque permittes, ut filius tuus Dominus, DEUS, ac Judex noster filios tuos adoptivos, fratres suos secundum carnem in tenebras projectat exteriores, ubi erit flerus & stridor dentium: Idèò, subintrat hic S. Chrysost. S. Joannes Chrysostomus, tu Mater DEI preelecta es ab eterno, ut, hom. in Hyp. quid DEUS salvare non potest per suam meritissimam iustitiam, tu per Domini. tuam salvares pietatem & misericordiam. O pientissima, quis non amerit? Quod cor tam durum, quod non colar te? Non aestimet te?

7. Cæterum varij varias adstruunt rationes, quare Christus dominus in cruce moritus caput suum inclinaverit? *Et inclinato capite tradidit spiritum?* Alij morientes, prout quotidiana demonstrat experientia, primò spiritum exhalant, & exinde caput versus pectus inclinant, sed moriens JESUS priùs Caput suum inclinavit, & dein emisit spiritum. Grande hinc latet mysterium, attentum te esse cupio.

S. Chrysost. Caput inclinavit, ait S. Chrysostomus, ut non necessitate, sed voluntarie se mori ostenderet. *Hom. 48.*

S. Athanas. Caput inclinavit, inquit D. Athanasius, quia mors Christum me quod ad tuens, ad ipsum non andiebat accedere, Christus autem inclinato capite Antioch. eam vocavit.

Taul. c. 36. Caput inclinavit, ait Taylerus, quo pacis nobis reconciliationisque de vita & amoris preberet osculum.

Paff.

Caput

Caput inclinavit, inquit Lanspergius, quia omnium peccata cum *Lansp. hom.*
portaret, eorum onere gravabatur. *s. 2. de pass.*

Caput inclinavit, ait Glissantus, ut ostenderet, quod mortebatur *Glissant.*
qu. 302. ex obedientia.

Caput inclinavit, inquit Mallonius, & quidem ad occidentalem plagam, quasi illam salutatus, in qua Ecclesiam suam supra petram erat aedificatura, econtra Iudeis & Synagogae dorsum ostendit, quasi diceret, ait idem Mallonius: *En popule mens, en pro te morior, ad quem caput inclino, &c.*

Caput inclinavit, ait Hugo Cardinalis, quasi supponens humum *Hugo Card.*
rum ad portandum nos & onera nostra, erat enim fidelissimus ille Pa- *in hunc locum*
stor, qui ovinulam perditam sollicitè quæsivit, & nunc in cruce inven-
tam, humerisque impositam salvam ad ovile suum reportavit, qui
autem grave onus portat, caput inclinare solet; & quid gravius
peccato?

Caput inclinavit, inquit S. Laurentius Justinianus, ad misericordiam, flexit ad gratiam, & inclinavit ad indulgentiam. *S. Laurentii*
Jus. de
Triumph.

Caput inclinavit, ait Salmeron, quasi gratias egisse Patri vide. *c. 20.*
tur caput inclinando, pro venia peccatorum obtenta, pro victoria con- *Salmer. To.*
tra peccatum, diabolum, mortem, infernum ac mundum impetrata, *10. tr. 40.*
& pro Patre placato, ac reconciliato mundo.

Mitto plures alias Patrum rationes, quare pientissimus orbis Salvator J E S U S in luctuosissima morte Caput suum versus terram inclinaverit, inter quas ad nostrum propositum peraccomoda & optima illa est, quam assignat S. Vincentius Ferrerius: *Inclinato capite, inquit, quasi vale diceret Matri, sic emisit Spiritum;* & Hugo Cardinalis: *Inclinato capite ex parte Matris sue, quasi diceret, per ipsam veniam rasceve.* *S. Vinc. in serm. de Pas*
Hugo Card.
cit. à Finet hinc.

O peccatores omnes respirate, Christus moriens in cruce sui loco M A R I A M Sacratissimam Matrem suam vobis reliquit in peculiarie refugium, solatium, & auxilium; ite ergo ad hanc dolorosam & compatiencem Matrem vestram. Si filius ille prodigus adhuc Matrem suam in vivis habuisset, nunquam ad talem calamitatem & miseri-

Isa. 49. 15. miseriam fuisse redactus; & nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblica fuerit, MARIA tamen, & Mater dolorosa, verè Mater misericordiae non ob. *Lud. Blofus* liviscetur vestri: MARIA, ita quondam DEUS Pater B. Virginis *Conclavi anima fide- lis cap. I.* Catharinæ insinuavit, unigeniti Filij mei gloriose Genitrici à bonitate mea concessum est, propter incarnati Verbi reverentiam, ut quicunque etiam peccator ad eam devota veneratione recurrit, nullo modo diripiatur à dæmonie infernali; hac enim est à me electa, parata, & præsita tanquam esca dulcissima ad capiendos homines & precipue animas peccatorum, &c.



CON-